



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

20. In festo S. Michaelis. De paruulis imitandis. Matt. 18.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

Euntes discite. Quid est? misericordiam vobis & non sacrificium. Non enim veni vocare iudeos sed peccatores. Considera rursum ineffabilem Christi clementiam & charitatem. Pro ei quasi gloriae suae oblio, potius cordi sit erga peccatores misericordia, quam fuerint omnia sacrificia in honorem eius oblata, immo non propter iustos, quos tamen in primis complecti deberet, sed propter peccatores de celo descenderit, humanam naturam assumptus & consumeliosissimam mortem oppetierit. Considera, quam caritas & passio Christi efficax fuerit in conversione peccatoris Matthaei, ut & ipse Christi discipulus insignis, Apostolus & Evangelista factus sit, & postquam in Aethiopia longe lateque fidem Christi propagasset, vicissim pro Christo, tempore sacrificii incruenti in ara peracti sanguinem profuderit.

3.

Ose. 6.

## IN FESTO MICHAELIS

ARCHANGELI.

29. Sez

ptemb.

De imitandis parvulis. Matt. 18.

Rogantibus discipulis, quis esset major in regno celorum. Christus statuit parvulum in medio illorum, dicens, nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum.

Cor.

1.

Considera quam congruenter in hoc festo præsens legetur Euangeliū, quia sicut superbus Lucifer ob usurpatum diuinum honorem ex paradiso præceps ruit in profundum inferni: sic humilis S. Michael cito bonorum angelorum exercitu, subiciendo se creatori suo ad summam beatitudinem gloriam est euectus, unde æternū dæcretum Dei est, neminem venturum ad angelorum gloriam, nisi eandem cum illius humilitatis viā calcauerit.

*Heb. I.*

2. considera si angeli, licet beati, non dedignantur ad ministerium hominum dimittere, velut paruuli. (*Omnes enim teste Apostolo, sunt administratorij spiritus*) & societatem nobiscum inire, ut restaurēt suas ruinas, quanto magis homo homini se debet submittere, fraternē vnicuique seruire.

2. *Quicunqz humiliauerit se sicut parvulus ille, hic est major in regno cœlorum.* Considera bonitatem Domini, tam facile medium præscribentis, ut simus in regno cœlorum maiores, quia ut scribit S. Bernardus sermone 2. de Quadrages. *Nihil est facilius volenti quam humiliare seipsum* 2. nota parvorum proprium esse, ut sint malitia dolique expertes, corpore menteque puri, non vindicare iniurias, omnibus cedere,

S IN  
n hoc se  
quia sic  
m diuin  
uit in pro  
ichael ci  
itu, subli  
m beato  
ternū de  
um ad an  
cum illi  
onsidera  
mantur se  
ete, velut  
olo, sunt  
tein no  
nas, quā  
submis  
parusl  
n. Conf  
acile me  
egno co  
Bernard  
t facili  
nota pa  
litia do  
que puri  
s cedere,  
sub

FESTA TOTIVS ANNI. 189

submittere se maioribus, eosque reuereris  
id imitare, & humiliaueris te sicut par  
vulus.

Videte ne contemnatis unum ex his pu  
fillis, quia angeli eorum in celo semper vidēt  
faciem Patris mei, qui in celis est. Considera  
quam graue peccatum sit, parui facere  
pusillos, małoque exemplo offendiculum  
illis prēbere: si enim ea te offendit, an  
gelus eorum custos, qui semper versatur  
in conspectu Dei, verendum est, ne non ad  
uocatum tuum, ut solet, sed accusatorem  
agat. 2. considera, angelos etsi continen  
ter in nobis custodiendis & ministrandis  
sint occupati, nō ideo abstinere ab assidua  
diuinę faciei contemplatione: ut discas  
licet aliquando litterariis, vel aliis occu  
pationibus ad salutem proximi spectanti  
bus sis distentus, non debere tamen obli  
uisci orationis, & contemplationis rerum  
cœlestium.

IN FESTO SIMONIS ET IV- 18. Oct.  
DÆ APOSTOLORVM.

De dilectione mutua & persecutio[n]e.

Ioann. 19.

DIXIT Iesus discipulis. Haec mando vobis,

v. 21.